

gentesimo vigesimo [30 XI 1520], regni vero nostri anno decimo quarto. ^s Relatio magnifici Cristofori de Schydlowyecz palatini et capitanei Cracoviensis ac regni Poloniae cancellarii. Cristoforus de S. palatinus et capitaneus Cracoviensis ac regni Poloniae cancellarius subscrispsit^s.

IV. LITTERAE UNIVERSALES CONVENTUS BIDGOSTIENSIS ANNO DOMINI 1520 HABITI^a

Sigismundus Dei gratia Rex Poloniae, Magnus Dux Lithuaniae, Russiae Prussiaeque etc. dominus et haeres, universis et singulis ecclesiasticis et saecularibus consiliariis regni nostri ceterisque subditis nostris quorumcunque statuum, ordinum, sexuum et conditionum, tam terrestribus, quam civitatum^b, oppidorum ac villarum quoquaque honore, dignitate, magistratu et officio insignitis et non insignitis, ad quorum notitiam praesentes litterae nostrae pervenerint, et praesertim in palatinatu Cracoviensi^c et districtibus eius consistentibus, sincere devotis et fidelibus dilectis, salutem et gratiam regiam. Reverendissimi, reverendi in Christo patres, necnon magnifici, generosi, venerabiles, religiosi, ^dnobiles, deodicatae, honorabiles^d, famati, providi, discreti et laboriosi, sincere devoti et fideles dilecti.

[1]. Cum hoc bellum, quod nobis magister et ordo sanctae Mariae Theutonicorum in Prussia indigne intulit, non modo non mitescere, sed magis ac magis fervore videatur, cumque, quod magis nos angit^e, dum hoc bello Pruthenico inviti occupamur, mallemus enim hanc impensam atque ea arma adversus infideles convertere, in terris Russiae cum ipsis Tartaris, Christiani nominis perpetuis hostibus, nobis continuum et plane haereditarium bellum sit, pernecessarium fore putavimus tantis malis ac periculis, quibus regnum et dominia nostra, immo ferme tota Christianitas obiecta est, diligenter quam unquam alias consulere et providere. Statuimus igitur in hoc conventu generali Bidgostensi communi omnium consiliariorum nostrorum et nuntiorum terrestrium consilio et assensu contributiones infrascriptas pro defensione reipublicae et nervo belli; neque enim alio convertenda est haec pecunia, quae grata pieque conferetur, quam pro defensione reipublicae et tuendis finibus Christianorum ab incursione infidelium et liberatione captivorum de potestate gentis Tartaricae feroceissimae.

[2]. Imprimis reverendissimus dominus archiepiscopus Gneznensis, legatus natus et primas, florenos trecentos, per triginta grossos florenum quemlibet computando.

[3]. Item archiepiscopus Leopoliensis centum florenos.

[4]. Episcopi omnes Poloniae per florenos centum et quinquaginta.

[5]. Item suffraganei dominorum episcoporum per decem florenos.

[6]. Item episcopi terrarum Russiae per florenos quinquaginta.

[7]. Item abbates baculati per florenos viginti quinque.

[8]. Item abbates et praepositus Myechoviensis infulati per florenos quinquaginta.

Item quilibet beneficiatus de singulis beneficiis, quotquot quispiam habet in quibuscunque ecclesiis regni et terrarum Russiae, suam taxam solvet, singulariter inferius explicatam.

[9]. Praelati igitur metropolitanae Gneznensis et cathedralium ecclesiarum de singula praelatura, dignitate seu personatu per florenos decem.

[10]. Praelati in collegiatis maioribus, his videlicet: Sandomiriensi, Lanciciensi, Visliciensi, Lomzensi, sancti Floriani apud Cracoviam, Kyeleensi, Sandecensi, Tharnoviensi, Crusviciensi, Vielunensi et Unyeiovieni, Curzeloviensi, necnon praepositus Skarbimiriensis et sancti Michaelis Cracoviensis de singula praelatura per florenos sex.

^{s-s} W MK₁ opuszczono.

^a U J. Przyl., s. 956, tytuł ten brzmi: De contributione viritania seu censu capitum. J. Herbert, k. 64, zatytułował ten tekst: Contributio a singulis capitibus.

^b W MK₁, t. 37, k. 23v: tam terrestrium quam civilium. Poprawka pochodzi od O. Balzera.

^c O. Balzer (CIP, t. III, nr 241, s. 592), nadając temu tekstowi kształt ogólnopolski, podał: in palatinatu N.

^{d-d} Tak w MK₁, poprawnie powinno być: deodicatae, honorabiles, nobiles.

^e W MK₁: angitur.

- [11]. Item canonici in cathedralibus Polonicis per florenos quinque.
 - [12]. Item praelati in collegiatis minoribus, quotquot in regno nostro inveniri possint, per florenos tres.
 - [13]. Item canonici in collegiatis maioribus suprascriptis per florenos duos cum medio.
 - [14]. Item canonici in collegiatis minoribus per florenos duos.
 - [15]. Item praelati metropolitanae et cathedralium ecclesiarum Russiae per florenos duos.
 - [16]. Item cancellarii dominorum archiepiscoporum et episcoporum necnon officiales rurales per florenes quatuor.
 - [17]. Item praebendarii simplices per florenum unum, exceptis praebendarisi in Cruswycza, Nowemyastro Corczin et in zuppa Bochnensi, qui per duos florenos solvent.
 - [18]. Item mansionarii, altaristae, psalteristae, per florenum unum.
 - [19]. Item lectores, gratialistae, sacerdotes non beneficiati nec salariari per grossos sex.
 - [20]. Item officiales et vicarii et iudices in spiritualibus dominorum archiepiscoporum et episcoporum ratione officii per florenos decem; in ecclesiis Russiae per florenos quinque.
 - [21]. Wlodarii, qui decimas disponunt et vendunt dominorum episcoporum, per florenos tres.
 - [22]. Item notarii consistoriorum quilibet per florenum unum.
 - [23]. Item vicarii canonicales et perpetui metropolitanae et caethedralium ecclesiarum per florenum unum.
 - [24]. Item vicarii Russiae metropolitanae et cathedralium per grossos viginti.
 - [25]. Item praelati monasteriorum monachorum et monialium per florenos duos.
 - [26]. Omnes religiosi, monachi, villas, domos et census habentes, et moniales de persona sua quilibet per grossos duos.
 - [27]. Item doctores non beneficiati per florenum unum.
 - [28]. Physici practicantes per florenos duos.
 - [29]. Causidici iuris spiritualis per florenum unum.
 - [30]. Item magistri artium de persona per grossos octo.
 - [31]. Item baccalarii de persona grossos sex.
 - [32]. Item studentes communiter omnes, ex regno nostro oriundi, nam illos doctores, magistros, baccalarios et studentes exterarum gentium, qui causa studii ad gymnasium Cracoviense convenerunt, ab hac contributione penitus eximimus et liberamus, per quatuor grossos.
 - [33]. Item servitores magistrorum, doctorum, baccalariorum, studentium^f in omnibus collegiis et bursis, omnes praeter extraneos, per grossos duos.
 - [34]. Item plebani civitatum per florenos tres.
 - [35]. Item plebani oppidorum ditiores per florenos duos cum medio.
 - [36]. Item plebani villarum ditiores per florenos duos.
 - [37]. Item plebani pauperiores per unum florenum cum dimidio.
 - [38]. Vicarii parochialium in civitatibus notabilioribus per grossos duodecim.
 - [39]. Item rectores scholarum in civitatibus muratis, promoti vel non promoti, per grossos duodecim.
 - [40]. Vicarii oppidorum parvorum per grossos sex.
 - [41]. Item vicarii villarum, similiter et rectores scholarum alias *klechy*, per grossos quatuor.
 - [42]. Cantores civitatum notabilium grossos decem.
 - [43]. Oppidorum cantores grossos octo.
 - [44]. Organistae ecclesiarum per grossos sex.
 - [45]. Campanatores per grossum unum.
 - [46]. Scholares mendici, ex regno nostro duntaxat oriundi, per grossum medium.
 - [47]. Scholares civiles et plebei non mendicantes per unum grossum.
- Ordo et conditio status spiritualium ritus Ruthenici.**
- [48]. Imprimis omnes vladicae Rutheni per florenos decem. [49]. Item archippones alias *protopopy*, per florenum unum.

^f W MK₁: studentum.

- [50]. Item archimendritae per florenos tres.
- [51]. Monachi alias *czerńcy* per florenum medium.
- [52]. Popones per unum florenum.
- [53]. *Kryłoszanie* per unum florenum.
- [54]. *Popadie*, uxores eorum, per grossos quatuor; pueri eorundem poponum per grossos duos.
- [55]. Servitores status utriusque Ruthenorum spiritualium et saecularium per grossum unum.

Sequuntur personales exactiones dignitariorum et officialium saecularium, quas quilibet solvet de tot dignitatibus, titulis et officiis, quot possidet, iuxta infrascriptam ordinationem.

- [56]. Castellanus Cracoviensis ratione castellaniae florenos sexaginta; item ratione officii campiductoriatus florenos viginti; item ratione capitaneatus Casimiriensis florenos decem.
- [57]. Item palatini generaliter omnes ratione dignitatis et tituli per florenos quinquaginta.
- [58]. Item capitanei ratione capitaneatum^g, in quibus iudicia celebrantur, per florenos decem.
- [59]. Item vicecapitanei, ubi fiunt iudicia, per florenos tres.
- [60]. Item vicecapitanei, ubi non fiunt iudicia, per florenum unum.
- [61]. Item capitanei castrorum regalium non iudicialium per florenos quinque.
- [62]. Item capitanei castrorum episcopalium et dominorum per florenos duos.
- [63]. Item factores praediorum per grossos duodecim.
- [64]. Item castellani maiores, Posnaniensis, Sandomiriensis, Calisiensis, Voynicensis, Gnesnensis, Visliciensis, Radomiensis, Leopoliensis, Lanciciensis, Landensis, ratione dignitatis et tituli per florenos triginta.
- [65]. Item castellani reliqui omnes per florenos decem.
- [66]. Item castellani, nullos proventus habentes, per florenos quinque solvent.
- [67]. Item marschalci ratione officii per florenos viginti.
- [68]. Item officia sigillorum nostrorum regiorum per florenos viginti.
- [69]. Item thesaurarius regni florenos vivinti.
- [70]. Item officiales curiae nostrarae salariari per florenos decem.
- [71]. Item officiales non salariati, nec proventus habentes, per florenos tres.
- [72]. Eodem ratio fit de officialibus Serenissimae et amantissimae dominae coniugis nostrarae.
- [73]. Item magnus procurator Cracoviensis florenos viginti.
- [74]. Item curienses nostri et aulici, regnicolae duntaxat, per florenos duos.
- [75]. Item cubicularii nostri in equis servientes per florenos duos; cubicularii vero nobis sine equis servientes per quindecim grossos.
- [76]. Item familia nobilis consiliariorum, officialium et curialium, in continuo servitio curiae existens, per grossos octo.
- [77]. Item familia eorundem ignobilis per grossos duos.
- [78]. Item burgrabii nostri Cracovienses per decem florenos.
- [79]. Item burgrabii castrorum iudicio praesidentes per florenos duos.
- [80]. Item tribuni terrarum seu castrorum per florenos decem.
- [81]. Item officiales ceteri omnes terrestres et districtuum, proventibus suis gaudentes, per florenos quinque.
- [82]. Item iudices terrestres per florenos sex.
- [83]. Subiudices per florenos tres.
- [84]. Notarii terrestres per florenos decem.
- [85]. Item camerarii succameriariorum terrestrium per florenum unum.
- [86]. Item iudices castrenses per florenos duos.

^g W MK₁: capitaneatus.

- [87]. Item succamerarii florenos duos.
- [88]. Procuratores pecuniarii saecularium causarum per florenos tres; et si quispiam se talem esse negaverit, iuramento id confirmet.
- [89]. Exactores terrestres, modernis exceptis, per florenos quinque.
- [90]. Notarii eorum per florenum unum.
- [91]. Item officiales terrestres et districtuum, qui nullos habent proventus, per florenos tres.
- [92]. Item burgrabii castrorum ignobiles, tanquam factores, per unum florenum.
- [93]. Item notarii castrenses per unum florenum cum medio.
- [94]. Item *holunkowie* et servi castrorum per grossos duos.

Officia salinarum.

- [95]. Zupparii salinarum per florenos triginta. [96].
- [96.] Vicezupparii per florenos decem.
- [97]. Teloneatores, in capitalibus teloneis nostris regalibus existentes, per florenos decem.
- [98]. Item teloneatores, particularium teloneorum exactores, per florenos duos.
- [99]. Item officiales perpetui in zuppis per florenos quinque.
- [100]. Item officiales temporales per florenos quatuor.
- [101]. *Warkmagistri* per florenos quindecim.
- [102]. *Barkrecht* et qui dicunt^h et habent ius perpetuum in montibus, per florenos quinque; uxores et pueri eorum per florenos duos.
- [103]. Item *warzyce* per florenos duos.
- [104]. *Gwarkones* per grossos duos; uxores et pueri eorum per unum grossum.
- [105]. Mensarri alias *stolnicy*, per medium florenum; uxores et pueri eorum per octo grossos.
- [106]. *Starzejszczy* et ceteri minuti officiales in zuppis per grossos sex; uxores et pueri per grossos tres.
- [107]. Item laboratores communiter omnes in zuppis per grossos duos.
- [108]. Item a qualibet fenestra salis, alias *wiesze*ⁱ, haereditaria, exceptis nostris regalibus, per florenos duos; uxores et pueri eorum per medium florenum.
- [109]. Item a caldearibus, alias *od panwy*, circa *szrany* in zuppis Ruthenicis, exceptis nostris regiis, per medium florenum.

Officiales et laboratores fodinarum plumbi.

- [110]. Similiter in Ilkuschi laboratores communes per grossos duos; uxores et liberi eorum per grossum unum.
- [111]. Item *gwarkones*, montes laborantes, habentes in manibus mineram, alias *kórzy po kruszcu robią*, per grossos duodecim; uxores et pueri eorum per grossos sex. Non habentes vero mineram, alias *kórzy po kruszcu nie robią*, per duos grossos; uxores et pueri eorum per unum grossum.
- [112]. Item mensarri, alias *stolnicy*, per unum grossum; uxores et pueri eorum per unum grossum.
- [113]. Item mineratores alias *rudnicy*, solvent a capite et officina per unum florenum; uxores et pueri eorum per grossos sex. Socii vero per grossum unum; similiter uxores eorum.
- [114]. Item de molendinis ventilibus et aquaticis; molendinatores villarum quarumlibet solvent per grossos tres; uxores et pueri eorum per grossum unum.
- [115]. Vitreatores, alias *hutnicy*, per florenum unum; uxores et pueri per grossos sex.
- [116]. Villarum molendinatores haereditarii per decem grossos; uxores et pueri eorum per grossos tres.
- [117]. Item lasurium fodientes per medium florenum; uxores et liberi per grossos quinque.

^h Tekst błędny. Słowa: qui dicunt należaloby może poprawić na: qui dicuntur albo: quod dicitur. i W MKI: wyesze.

Ordo universae nobilitatis regni nostri.

[118]. Tam spirituales, quam saeculares domini et nobiles, et alii quicunque subditi nostri, villas habentes, quilibet ab unaquaque villa, dummodo non sit in toto deserta et desolata, solvent per unum florenum non obstantibus quibuscumque libertatibus; nam haec lex in personas et non in bona constituta est.

[119]. Item nobiles, bona habentes terrestria, quotquot sunt in domo etiam indivisi, tenentur solvere de capite suo per florenum medium.

[120]. Item viduae nobiles et pupilli, qui^j non habent kmethones, solvent pen unum fertonem.

[121]. Item viduae nobiles et pupilli, bona et kmethones habentes, solvent pen medium florenum.

[122]. Item pupilli, haereditates et kmethones habentes, sub tutoribus existentes, a capite per medium florenum.

[123]. Item advocati et sculteti plebei, kmethones non habentes, solvent per grossos octo; uxores et pueri eorum per grossum unum.

[124]. Item advocati et sculteti plebei, kmethones habentes, aut tabernas, aut molendina, aut alia bona, solvent de capite suo florenum medium; uxores et pueri eorum per grossos octo.

[125]. Item viceadvocati et rurales *wladarii*, ita ut kmethones, solvent per grossum unum; ab uxore et quolibet pueri seorsum similiter per grossum. Et hoc intelligendum est, si aliquos proventus non habent.

Conditio kmethonum.

[126]. Item kmetho quilibet a se, uxore et pueris per unum grossum.

[127]. Hortulani, quilibet a se, uxore et pueris per medium grossum.

[128]. Agricolae alias *rataje* solvent per grossos tres; uxores et pueri per grossum unum.

[129]. Tabernatores, haereditarias tabertas habentes, per grossos decem; uxores et pueri eorum per grossos duos.

[130]. Item tabernatores manuales seu temporales per grossos duos; uxores et pueri per grossum unum.

[131]. Item inquillini alias *komornicy*, villarum solvent per grossos tres; uxores et pueri per grossum unum; demptis tamen viduis, pauperibus et senibus, qui non nisi per medium grossum solvent.

[132]. Mercenarii etiam, dietim laborantes, solvent quilibet per tres grossos; uxores et pueri eorum per grossum unum.

[133]. Item servidores kmethonum sexus utriusque per unum grossum.

[134]. Item Valachi, agros colentes et ultra centum oves habentes, per tres grossos; uxores et pueri eorum unum cum medio grossum. Valachi vero, agros non colentes sed oves habentes, per unum grossum; uxores et pueri ipsorum per unum grossum.

[135]. Item *kniazones* Ruthenici per grossos quatuor; uxores et pueri eorum per duos grossos.

[136]. Item nautae alias *flisownicy* et pisatores per grossos duos; uxores et pueri per unum grossum.

[137]. Item kmethones generaliter omnes per grossum unum; similiter uxores et pueri eorum per unum grossum.

Conditio civilis. Item civitates maiores regni nostri: imprimis civitas nostra Cracoviensis, deinde Poznaniensis et Leopoliensis hac ratione solvent:

[138]. Consules civitatis nostrae Cracoviensis per quinque florenos; consules Poznanienses per quatuor florenos; consules Leopolienses per quatuor florenos. [139]. Item scabini iurati supremi per florenos quinque.

^j W MK 1: quas.

- [140]. Scabini eiusdem iuris per florenos quatuor.
- [141]. Advocati civitatum per florenos tres.
- [142]. Scabini civitatum per florenos duos.
- [143]. Item uxores et pueri tam consulum, quam advocatum at scabinorum, per medium summae, quam cuiuslibet maritus solverit.
- [144]. Item *cechmagistri* earundem civitatum per grossos duodecim; uxores eorum per grossos sex.
- [145]. Item mercatores ditiores et pannicidae Cracovienses per florenos tres; uxores et pueri eorum per medium florenum. Pannicidae Posnanienses et Leopolienses per florenum unum cum medio.
- [146]. Item mercatores pauperiores per florenum unum; uxores et liberi per grossos octo.
- [147]. Item institores et institae per grossos decem; uxores et pueri per grossos tres.
- [148]. Artifices omnium artificiorum^k per grossos sex; uxores et pueri per grossos tres.
- [149]. Item socii artificum per grossos duos; uxores et liberi talium per grossum unum.
- [150]. Item discipuli, artes mechanicas discentes, per unum grossum.
- [151]. Cives communiter omnes, iure civili gaudentes, per grossos quatuor; uxores et pueri per grossos duos cum medio.
- [152]. Item inquillini in circulo per duos grossos; uxores et pueri per grossum unum.
- [153]. Sexus utriusque servitores per grossum unum.
- [154]. Item apud Cracoviam piscium venditores, habentes domos et piscinas, a persona per florenum unum; uxores et pueri per octo grossos.
- [155]. Molendinatores haereditarii praedictarum civitatum per duodecim grossos; uxores et pueri eorum per grossos sex.
- [156]. Temporales molendinatores per grossos quatuor; uxores et pueri eorum per grossos duos.
- [157]. Item *tragarze* per grossos tres; uxores et pueri eorum per grossum unum.
- [158]. Item *miksztacy*^l per grossum unum cum medio.
- [159]. Armeni per duodecim grossos; uxores et pueri ipsorum per grossos sex.

Civitates et oppida secundi ordinis post suprascriptas tres civitates nostras hac serie describuntur: Casimiria apud Cracoviam, Wyeliczka, Bochnia, Sandecz, Byecz, Pylsno, Tharnow, Proschowicz, Skarmyzer, Myechow, Lelow, Sandomiria, Lublin, Radom, Opoczno, Vislicia, Schydlow, Magna Oppathow, Ilza, Bodąqczin, Maioris Poloniae eiusdem ordinis; Calisch, Koszcza, Wschowa, Bidgoscza, Brzeszczye, Ploczko, Welun, Lancicia, Gnesna, Lowicz, Wolborz, Unyeyow, Cosmin, Snyna, Buck, Slupcza, Rawa, Sochaczow, Brzeszyny, Pyathek, Schamotuly, Grodzysko, Kolo. Item civitates et oppida secundi ordinis terrarum Russiae: Premislia, Crosno, Sanok, Jaroslaw, Przeworsko, Lanczuth, Rzeszow, Brzozow.

- [160]. Suprascriptarum omnium civitatum et oppidorum secundi ordinis consules a capite per quindecim grossos solvent; uxores et liberi eorum per quatuor grossos.
- [161]. Item advocati, scabini, notarii per quatuor grossos; uxores eorum per grossos duos, pueri vero per unum grossum cum medio.
- [162]. Item omnes mechanici per grossos duos; uxores et pueri per unum grossum.
- [163]. Socii mechanicorum per unum grossum.
- [164]. Discipuli, mechanicas artes discentes, per grossum medium.
- [165]. Item mercatores et vectores, invehintes res pretiosas, videlicet lapides, gemmas, pannos sericeos et laneos, telam pretiosam et Coloniensem, et alia id genus, per florenum medium; uxores et liberi per grossos quatuor.

^k *WMK*, artificum.

^l Mikstaci, mikstatnicy – *tragarze*, najmujący się do noszenia ciężarów i do wszelkich innych podobnych zajęć. Por. *Słownik Lindego*, t. III, Lwów 1857, s. 112.

[166]. Item mercatores pauperiores, qui ab his emere solent, per grossos octo; uxores et liberi per unum grossum.

[167]. Vectores sal ducentes per tres grossos; ab uxoribus et pueris per unum grossum.

[168]. Omnes generaliter cives, domos et ius civile habentes, per grossos quatuor; [uxores]¹ et pueri eorum per duos grossos.

[169]. Inquillini per duos grossos; uxores et liberi per unum grossum.

[170]. Item suburbani et hortulani, iure civili gaudentes, per grossos duos; uxores et pueri per grossum unum.

[171]. Item servi et mercenarii laboratores per unum grossum.

[172]. Hortulani, non habentes ius civile, per grossum unum; uxores et pueri eorum per grossum unum.

[173]. Item perpetui et haereditarii molendinatores in civitatibus et oppidis praedictis per grossos octo; uxores et pueri eorum per grossos tres.

[174]. Item molendinatores manuales seu temporales earundem civitatum et oppidorum per grossos quatuor; uxores et pueri eorum per grossum unum.

Praeterea sunt nonnulla oppida in regno nostro et in terris Russiae, habentia fora annua et septimanalia:

[175]. In talibus oppidis consules a capite solvent per grossos octo; uxores eorum per grossos duos, pueri vero per grossum unum cum medio.

[176]. Item advocati, scabini et notarii per grossos duos; uxores vero et pueri eorum, per grossum unum.

[177]. Item mechanici generaliter omnes per unum grossum; similiter uxores et pueri eorum.

[178]. Item socii artificum et eorum uxores et pueri per unum grossum.

[179]. Item mercatores omnes per grossos quatuor; uxores et pueri eorum per grossos duos.

[180]. Item inquillini, uxores et pueri per grossum unum.

[181]. Item suburbani hortulani, iure civili gaudentes, cum uxoribus et pueris eorum per grossum unum.

[182]. Item molendinatores talium oppidorum perpetui seu haereditarii per grossos quatuor; uxores et pueri eorum per grossos duos.

In oppidis non habentibus fora annua et septimanalia.

[183]. Consules et generaliter omnes officiales per grossos duos; uxores vero et pueri, et generaliter omnes homines, in huiusmodi oppidis existentes, per grossum unum.

[184]. Suburbani et ortulani talium oppidorum omnes in universum per unum grossum.

[185]. Item citharoedae, tubicines, fistulatores, tympanistae, hoc quaestu victum quaerentes, de capite suo per grossos sex; uxores et pueri per unum grossum.

[186]. Mulieres vagae, in curiis dominorum et ubicunque manentes, per grossos sex.

[187]. Item Iudei generaliter omnes in regno nostro tria millia florenorum per medium sexagenam. Tempus vero solutionis nos illis litteris nostris assignaturi sumus².

[188]. Iudices Iudeorum per duos florenos.

[189]. Notarii per florenum unum.

[190]. Praeterea exactio et contributio ducillorum debet durare a festo Pentecostes proxime venturo [19 V 1521] usque ad conventum generalem proximum³.

¹ Wyraz w MK₁ opuszczony.

² Por. CIP, t. III, nr 251, s. 629-630 (Ordinatio Iudeorum Russiae et Podoliae terrarum taxandorum) oraz nr 252, s. 631 (Mandatum ad dignitarios et officiales Russiae et Podoliae terrarum de Iudeis ad contributiones solvendas compellendis).

³ Najbliższy sejm odbył się w Piotrkowie między 4 listopada 1521 a 7 stycznia 1522 r.; por. niżej.

[191]. Ut autem haec decreta et ordinationes, in exigendis huiusmodi tributis factae, debitae executioni demandentur, statuimus, ut in omnibus districtibus palatinatum duo exactores fiant, unus saecularis, alter spiritualis, et capitaneus seu eius vicesgerens cum eis tanquam superintendens. Qui exactores secundum formulam et dispositionem suprascriptam eas exactiones medio iuramento, ad sancta Dei corporaliter praestito, exigant. Quod iuramentum saecularis exactor coram loci capitaneo aut eius vicesgerente, spiritualis vero coram notario publico et testibus fidelidignis, inter quos tamen sit loci capitaneus vel eius vicesgerens, praestabit in haec verba: „Ego N. iuro, quia in suprascriptis contributionibus repetendis et exigendis fidelis ero primum Serenissimo et clementissimo domino domino nostro Sigismundo regi Poloniae ac reipublicae, quodque volo et debeo omni cura, studio, integritate, diligentia, exactiones villarum et capitalium iuxta laudum et formam litterarum universalium, in generali conventu Bidgostiensi decretas et constitutas^m, fideliter repetere et colligere, nulli hominum, cuiuscunque status, ordinis, sexus et conditionis sint, ob amorem, favorem aut premium parcendo, primo et ante omnia de bonis regiis necnon dominorum spiritualium et saecularium, demum de bonis universae nobilitatis de personisque et capitibus omnium ordinum et statuum, non obstantibus quibuscunque libertatibus et exemptionibus, quacunque auctoritate cuiquam concessis; et si aliquem hominum quidpiam reipublicae abstrahere cognovero praetextu alicuius libertatis vel exemptionis, aut temere [retinere]ⁿ, extunc talem Maiestati Regiae et consiliariis eius ac universae nobilitatis pandere publice volo et tenebor, necnon loci capitaneis; exactas vero pecunias in manus horum inferam fideliter, sicut inferius constitutum est. Sic me Deus adiuvet et haec sancta Crux”.

[192]. Sed ut in suprascriptis exactionibus facilior et verior modus et ordo fiat, debent omnes plebani et eorum commendarii in civitatibus, oppidis villis singularum suarum parochiarum per capita et personas, nullum hominem excludendo, sine mora fideliter conscribere⁴, et eadem regesta ante festum Purificationis sanctae Mariae proximum [2 II 1521] exactoribus sui districtus praesentare et in manus dare sub iuramento, quod ipsa regesta ab eo fideliter conscripta sunt. Ubi vero inter plebanum et dominum villae seu consules oppidorum dissensio super registris orta esset, extunc exactores illius districtus mittant, vel si commode possunt, ipsi descendant ad locum, de quo esset differentia, ad cognoscendum de rei veritate; qua cognita id, quod iustum erit, exigant.

[193]. Ceterum quia necessitas reipublicae postulat, ut istae contributiones cito exigantur et colligantur, statuimus, ut exactio et collectio omnium pecuniarum ^oincipiat fieri a proximo festo Purificationis^o Mariae et finiatur die dominico Oculi proxime venturo [3 III 1521] hoc modo, quod domini spirituales et saeculares consiliarii infra duas primas hebdomadas ipsam exactionem in toto dissolvant sub poena dupli et centum marcarum, et ceteri status ac ordines etiam infra alteras duas septimanas id, quod iustum est, extradant sub poena dupli et quatuordecim marcarum. Si quis autem contributiones suprascriptas solvere et extradere neglexerit pro die dominico Oculi, extunc lapso die dominico Oculi duplicatam exactionem solvere cogetur. In qua quidem duplice exactione capitaneus loci eiusdem in bona talis non solventis se auctoritate nostra intromittere et eadem tandem tenere debet usque ad totalem solutionem praefatae duplicitis exactionis. Et si talis negligens, sive sit dominus, sive inferioris ordinis, capitaneo suo intromissionem in bona sua dare noluerit, extunc ipso facto inferior poenam quatuordecim marcarum, dominus vero centum marcarum poenam succumbet. Ratione quarum poenarum tamdiu capitaneus bona talium tenebit, donec poenae duplatae et similiter poenis suprascriptis satisfaciet. Quae poenae duplatae et poenae^p quatuordecim marcarum sive centum marcarum^qrepetitae et exactae^q pro defensione regni et necessitate reipublicae convertentur. Spirituales vero, tales exactiones solvere contempnentes aut negligentes, censuris ecclesiasticis ad solvendam poenam dupli compellantur. Quas si quispiam ultra tres menses induratus sustinuerit, hostis patriae esse censeatur, et ut talis puniatur.

^m W MK₁: constitutiones.

ⁿ Wyraz w MK₁ opuszczony.

^oo W MK₁: incipiat a proximo festo fieri Purificationis.

^p W MK₁: poenam.

^qq W MK₁: repetitis et exactis.

⁴ Por. niżej na tym sejmie tekst nr V, art. 1.

[194]. Hoc etiam specialiter provisum esse volumus, quod exactores infrascripti, si qui sunt, qui [in] iure terrestri aut castrensi vel quocunque alio iudicio actiones haberent, si causas suas intra tempus collectionis non attemptaverint vel diligentias necessarias et oportunas non fecerint, ea praerogativa gaudent, qua gaudere solent hi, qui reipublicae extra fines regni nostri serviunt.

[195]. Loca autem palatinatus Cracoviensis^r et districtuum eiusdem, ad quae debent conferri contributiones et per exactores infrascriptos colligi; imprimis districtus Cracoviensis obtineat locum colligendi in civitate nostra Cracoviensi; in exactores vero districtus eiusdem designamus et constituimus^s generosum Ioannem Pyenyzek iudicem et exactorem Cracoviensem ac venerabilem Thomam Rożnowski canonicum et officialem Cracoviensem. Item in districtu Proschoviensi designamus exactores generosum Raphaelem Jakubowsky terrigenam et venerabilem Stanislaum Tharlo canonicum Cracoviensem et secretarium nostrum. Item in districtibus Xyasnensi et Leloviensi, quibus locus colligendi et exigendi pecuniam in oppido Zarnowycz, designamus exactores generosum Achatium Jordan et venerabilem Petrum Szymyczki canonicum Cracoviensem, notarium nostrum. Item in districtibus Cchovensi Bieczensi et Sandecensi locum exigendi et colligendi in oppido Bobowa designamus exactores generosum Nicolaum Thaszyczki subiudicem Cracoviensem et venerabilem Ioannum Choyenski iuris utriusque doctorem, decanum Kylensem et canonicum Cracoviensem^t.

[196]. Collectis tamen omnibus contributionibus, pecuniam collectam debent exactores portare ad civitatem capitalem terrae Cracoviensis, videlicet Cracoviam, ad diem dominicum Iudica proxime venturum [17 III 1521]⁶, et tradere eam integre et fideliter in manus et potestatem palatini Cracoviensis, si praesens fuerit, sin autem minus, extunc in manus castellanorum Woynicensis et Polanecensis ac nobilis Nicolai Morsky, ex communitate per nobilitatem electi, ibidemque mox coram suprascriptis de omnibus perceptis et collectis iuxta registra eis tradita sufficientem rationem facere, qua facta quietationem de traditis et expositis ab eisdem palatino, castellanis et nobili accipere, qua accepta eisdem palatino et castellanis recognitionem suam dare, ut eam palatinus cum castellanis in conventu generali proxime futuro coram nobis et consiliariis nostris nuntiisque terrarum originaliter ostendant et producant. His peractis pecuniam omnem collectam palatinus cum castellanis et nobilis suprascriptis in thesaurum regni nostri fideliter per notarium nostrum, ad id specialiter deputandum, inferri sine omni mora procurabunt.

[197]. Ut autem praefatae contributiones, ex necessitate et bono reipublicae institutae, integre, fideliter et sine cuiuspam hominis impedimento exigentur, decrevimus et praesentibus decernimus eorundem omnium consiliariorum nostrorum et nuntiorum^t terrestrium communi consilio et assensu, quod nemo, cuiuscunque status, ordinis, dignitatis aut conditionis existens, audeat exactores earundem contributionum, aut eos, qui illas indicabunt et conscribent, sive sint ecclesiastici, sive saeculares, quovis modo occulte vel manifeste perturbare, vel facto aut consilio illis nocere velle, aut minas aliquas et metum mortis aut mutilationis membrorum interponere, sub poena confiscationis bonorum et bannitionis de regno⁷.

[198]. Mandamus igitur universis et singulis suprascriptis, ut praemissis omnibus ullo modo contraire non audeatis, sed cito et fideliter in manus exactorum portare curetis. Vos vero capitanei eos, qui tardi vel contumaces in solvendo erunt, et quos vobis ipsi exactores deferent, per pignorationes et alias poenas superius expressas ad solutionem ipsarum contributionum

^r U.O. Balzera, CIP, t. III, nr 241, s. 600: palatinatus N.

^s Tak w MK₁. Natomiast O. Balzer, ze względów zaznaczonych w przypisie c, cały ten wykaz opuścił, zastępując go skrótem: [...] designamus et constituimus generosum N.N. Przytoczone tu miejscowości i nazwiska poborców odnoszą się do województwa krakowskiego, ale tekst MK₁, jak świadczy jego zakończenie, miał charakter ogólnopolski.

^t W MK₁: nuntium.

⁵ Ibidem, art. 3.

⁶ Termin zapłaty niniejszego podatku przedłużony został do 14 kwietnia 1521 r. Por. mandat królewski, zawarty w MK₁, t. 37, k. 141v-142, streszczone przez O. Balzera, CIP, t. III, nr 241, s. 591.

⁷ Por. niżej na tym sejmie tekst nr V, art. 3.

SEJM WALNY BYDGOSKI 1520 R. 365

compellatis; poenasque huiusmodi diligenter exigatis sub poena centum marcarum, contra negligentes capitaneos decreta⁸, nobis irremissibiliter persolvenda; vos vero, qui summas non habetis inscriptas, sub punitione privationis officii. Et pro gratia nostra aliter non facturi⁹.

Actum et datum in conventu Bidgostiensi generali, feria secunda ante festum sanctae Barbarae proxima anno Domini millesimo quingentesimo vigesimo [3 XII 1520], regni vero nostri anno decimo quarto. Ad mandatum Sacrae Regiae Maiestatis proprium. Mathias episcopus Wladislaviensis, quantum ad me, subscriptis. Andreas de Thanczin, palatinus Sandomiriensis, subscriptis. Lucas de Gorca castellanus Posnaniensis et capitaneus Maioris Poloniae subscriptis. Nicolaus Jordan castellanus Woynicensis subscriptis. Nicolaus de Chodecz regni Poloniae marsalus subscriptis.

Palatinatus^u Sandomiriensis: terra Sandomiriensis et districtus eius, locus collectioni in Oppathow, exactores venerabilis Ioannes Lypnyczsky canonicus et officialis Sandomiriensis et Przedborius de Conyeczpolje; pecunia inferatur Sandomiriam pro die dominico Iudica [17 III 1521] in manus palatini et castellanorum Zavichostensis, Czchoviensis et Pauli Lipnyczski, tanquam ex nobilitate electi; districtus Radomiensis, locus in Radom, exactores Stanislaus Cazanowsky iudex et venerabilis Iacobus Coszowsky canonicus Sandomirienses; duo districtus Chaczinensis et Oppocznensis, locus colligendi in Radoszycze, exactores nobilis Paulus Colaczkowsky et honorabilis Stanislaus Rzeszotko praepositus Gostinensis; duo districtus Vyslicensis et Pylznensis, locus in Pylzno, exactores Stanislaus de Tharnow et in Rzemyen ac Ioannes Pyekarsky canonicus Tharnoviensis. Palatinatus Lublinensis: districtus Lublinensis, locus in Lublin, exactores venerabilis Iacobus Guth canonicus Praemisiensis et Sandomiriensis plebanusque et officialis Lublinensis et nobilis N. Bystram; districtus Lukoviensis, locus in Lukow, exactores Bartholomeus Kazanowsky subiudex Lukoviensis et Adamus de Luda¹⁰ plebanus in Trzebieszow; districtus Urzadoviensis, locus in Urzadow, exactores Procopius Oszolinsky et Ioannes Psanka plebanus; pecunia inferatur in Lublin in manus palatini, in absentia castellani Lublinensis et iudicis et subiudicis Lublinensium. Palatinatus Russiae: terra Praemisiensis, locus Praemisiiae, exactores venerabilis Thomas de Grodzsky Praemisiensis et Sandomiriensis canonicus et Stanislaus Jaskmanyczki iudex Praemisiensis; Zidaczoviensis, locus in Zydaczow; terra Leopoliensis, locus Leopoli, exactores venerabilis Ioannes Blazeyowski canonicus et Ioannes Chomathowsky iudex Leopoliensis; terra Sanocensis, locus in Sanok, exactores venerabilis Paulus Konyuszczki archidiaconus et N. Dobraczinski subiudex Sanocensis; terra Haliciensis, locus in Halicz, exactores generosus Bludniczki iudex Haliciensis et de ibidem plebanus; terra Chelmensis, locus in Chelm, exactores Felix Zamoczki tribunus Chelmensis et Ioannes Nyezabythowsky canonicus Chelmensis; pecunia inferatur Leopoli in manus palatini Russiae et castellani Leopoliensis et Andreae Herborth tribuni Leopoliensis. Palatinatus Belzensis: districtus eiusdem, locus in Belz, exactores generosus Ioannes Myakiczki notarius Belzensis et plebanus Dobrzacinski in Sokal; pecunia in Belz in manus palatini et iudicis et subiudicis ac Cristini Orczowski terrigenae. Palatinatus Podoliae: terra Podoliae, locus in Camyenycz, exactores venerabilis I. Thatara canonicus Camenecensis et N. Ormiencyk vexillifer; pecunia inferatur in Camieniecz in manus palatini Podoliae, in absentia in manus castellani, iudicis atque subiudicis Camenecensem, tanquam ex nobilitate electorum. Palatinatus Poznaniensis cum Calissensi: districtus Poznaniensis, locus colligendi exactiones in civitate Posnaniensi, exactores iudex Calissensis et venerabilis Slavinski archidiaconus Przemetensis in ecclesia Posnaniensi; item pecunia

^u Wykaz ten, uzupełniający w stosunku do wykazu obejmującego województwo krakowskie (por. wyżej, art. 195), zamieszczony został w Metryce Koronnej bezpośrednio po zakończeniu niniejszego aktu. O. Balzer (s. 602-603, przyp. b), w trosce o nadanie całemu aktowi charakteru ogólnopolskiego, pominął go w tekście, ale podał – uzupełniając niektóre nazwiska wojewodów i kasztelanów – w przypisie.

⁸ Por. konstytucje sejmu koronacyjnego krakowskiego 1507 r., I, art. 12 oraz konstytucje sejmu piotrkowskiego z 1512 r., II.

⁹ Por. niżej na tym sejmie tekst nr V, art. 3.

¹⁰ Miejscowość taką nie istnieje. Zapewne idzie o Ługi k. Trzebieszowa w dawnym powiecie łukowskim.

debet inferri Posnaniam in manus palatinorum Posnaniensis et Calissiensis, necnon in manus castellanorum Posnaniensis et Gneznensis ac ex nobilitate electorum Nicolai Pothuliczki castellani Rogoznensis et Andreae Jactorowsky, item ex nobilitate palatinatus Calissiensis castellani Premetensis et Przeczlai Pothuliczki; districtus Costensis, locus ibidem in Costen, exactores Mathias Pawlowsky vel Petrus Ossowsky et venerabilis Hinek canonicus Lanciciensis. Palatinatus Calissiensis: duo districtus Calissiensis et Coninensis, locus colligendi in Calisch, exactores subiudex Calissiensis et honorabilis I. Thomiczki plebanus Blyzanoviensis; districtus Pisdrensis, locus inibidem, exactores Bryl Oczyeski et Iurgizeth canonicus Poznaniensis; districtus duo Gnesnensis et Kczinensis, exactores Bogusz Pyerzchlnski et venerabilis Ioannes Tharnowski canonicus Gnesnensis, locus in civitate Gnesnensi; districtus Naklensis, locus in oppido Naklo, exactores Iacobus Szyedlyeczska et Florianus de Chrostkowo plebanus. Palatinatus Siradiensis: locus colligendi in civitate Siradiensi, exactores Petrus Spinek castellanus Brzezinensis et venerabilis Handa canonicus Gneznensis; districtus Wielunensis, locus in Wyelun, exactores A. Clerina tribunus et Lowiensi decanus Wyelunensis; districtus Pyotrkoviensis, locus in Pyotrkow, exactores N. Pywo et Ieronimus Grabya plebanus in Banthkow; item pecunia debet inferri in Siradiam pro dominica Iudica in manus castellanorum Wielunensis et Spicimiriensis, et Petri Wązyk, tanquam ex nobilitate electi. Palatinatus Lanciciensis: districtus Lanciciensis et Orloviensis, locus Lanciae, exactores Nicolaus Drzewyeczska et venerabilis Simon Wyszoczska canonicus Lanciciensis; districtus Brzezinensis, locus in oppido Brzeziny, exactores Stanislaus Schamowsky castellanus Conariensis, vicecapitaneus Lanciciensis et honorabilis Ioannes Mazidłowski in Lesnicza plebanus; item pecunia inferatur Lanciciam in manus palatini Lanciciensis et castellanorum Lanciciensis et Inowladislaviensis, necnon nobilis Thomae Soboczsky. Palatinatus Ravensis: districtus Ravensis, locus in Rawa, exactores iudex Ravensis et honorabilis Stanislaus Szrychowski canonicus Lanciciensis et plebanus Ravensis; districtus Sochaczoviensis, locus in Sochaczow, exactores Corybuth Cozirski et Martinus plebanus Brohoviensis; districtus Gostinensis, locus in Gostinin oppido, exactores iudex terrestris Gostinensis et honorabilis Goworek plebanus in Cuthno; item pecunia inferatur in civitatem Ravensem in manus palatini Ravensis et castellanorum Ravensis et Gostinensis, necnon Ioannis Brohowski tanquam ex nobilitate electi. Palatinatus Plocensis: districtus Plocensis et Byelscensis, locus colligendi in Byelsko, exactores Andreas Osznyczski castellanus Raczyasnensis et Iacobus Zalieski canonicus Plocensis; districtus Plonscensis et Raczyasnensis ac Sulrysensis, locus exigendi in Raczyasz, exactores Paulus Grambeczski iudex Plocensis et Sigismundus Roskowski archidiaconus Dobrzinensis in ecclesia Plocensi; districtus Mlaviensis et Srzenensis, locus in Srzenko, exactores Paulus Schydłowski subiudex Zawkrzensis et Stanislaus Wyeczywenski plebanus in Wyeczwna; item pecunia inferatur ad civitatem Plocensem in manus palatini Plocensis et castellanorum Plocensis et Raczyasnensis et Zawyscha Dlusnyowski, per nobilitatem electi. Terra Dobrzinensis: districtus Dobrzinensis et Lypnensis, locus in Lypno, exactores Andreas Chmyelniczska subiudex Dobrzinensis cum Stanislao de Lyppo vicentario Dobrzinensi; districtus Ripinensis, locus in Ripin, exactores Andreas Balinsky tribunus Dobrzinensis et Nicolaus altarista in Ripin; pecunia inferatur in manus castellanorum Dobrzinensis et Lipnensis necnon nobilis I. Zambrowski terrigenae ex nobilitate electi. Palatinatus Brzestensis: districtus Brzestensis, Cowaliensis et Przedecensis, locus in Brzesczy, exactores Petrus Sluzewski castellanus Cowaliensis cum praeposito Wladislaviensi Ioanne Parziewski; districtus Crusvicensis et Radziejowiensis, locus in Cruswicza, exactores Albertus Lubienieczki gladifer Brzestensis et Laurentius Brzesczki canonicus Crusvicensis; pecunia inferatur ad civitatem Brzestensem in manus palatini necnon castellanorum Brzestensis^v et subiudicis tanquam ex nobilitate electi. Palatinatus Iunivladislaviensis: districtus Iunivladislaviensis, locus ibidem in oppido Iunivladislaviensi, exactores Nicolaus Nyemoyowski subiudex Iunivladislaviensis et Ioannes Sampolinski plebanus Iunivladislaviensis; districtus Bidgostiensis, locus ibidem, exactores Nicolaus Sosznycczki terrigena et honorabilis Ioannes commendarius Bidgostiensis; pecunia inferatur Iunivladislaviam in manus palatini et castellani Iunivladislaviensis.

^v Nazwisko drugiego kasztelana pominięto.